



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

73. An Confessarius possit commutare vota post Bullam susceptam  
emissa? Ex part. 1. tractat. 11. res. 50.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

quibus ego addo Homobonum de exam. Eccl. p. 1. r. 5. cap. 6. q. 4. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 26. claus. 9. §. 3. & Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. c. 16. n. 4. quia in textu Bullæ Cruciatæ non dicitur: Vt auditis Confessionibus, commutatio votorum efficiatur. Ergo &c.

Et hæc doctrina procedit etiam, quando dicta commutatio efficeretur per privilegia regularium, vel aliquod Iubileum. Ita Naldus in summa, verb. Indulg. tom. 8. Henriquez & Sanchez, ubi supra, quidquid contrarium asserat Saytus in clavi lib. 6. c. 11. n. 101. deya part. 2. cas. 1. Peregrinus in compend nostrorum part. 1. tit. commut. §. 3. Sanctarellus tract. de lib. cap. 8. dub. 8. & alij penes ipsos.

RESOL. LXX.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare omnia vota, quæ Episcopus commutare potest? Item licendum est de I. bileo.

Et an doctrina huius Resolutionis procedat, quando Episcopus dispensat, ut Episcopus tantum, non autem quando dispensat ut Sedis Apostolica delegatus, quia in tali casu Confessarius virtute Cruciatæ non possit tale votum commutare, ut quando dispensaret in his, votis ratione solius necessitatis? Ex part. 1. tract. 11. Ref. 56.

Hæc quæstio multum conducit ad resolutionem multorum casuum quos supra, determinamus, & infra examinandi sunt: ideo respondeo affirmative cum Bonacina de legib. disp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. n. 6. Sanch. in sum. tom. 1. lib. 1. cap. 54. num. 19. & de mar. tom. 3. lib. 8. disp. 15. num. 1. quem novissime sequitur Sanctarell. de lib. cap. 9. dub. 1. & alij; & ita dicendum est de Iubileo: ex quibus patebit resolutio multorum casuum.

Notandum est tamen, supradictam sententiam procedere, quando Episcopus dispensat, ut Episcopus; non autem quando dispensat, ut Sedis Apostolicæ delegatus; ut ex multis notavit noster P. Leone in tract. de lib. part. 2. quæst. 1. sect. 2. num. 17. & Barboia de presb. Episcop. part. 1. alleg. 17. num. 14. qui citat Rodriguez, & Suarez: nam in tali casu Confessarius non possit tale votum commutare per Cruciatam, si cum quando Episcopus dispensaret in his votis ratione solius necessitatis, ut observat Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 40. num. 9.

RESOL. LXXI.

Quam vota possit Confessarius, virtute Bullæ Cruciatæ commutare: Ex part. 1. tract. 11. Ref. 68.

Respondeo omnia præter votum castitatis, Religionis, & vota transmarina: & ideo potest commutare votum eundi Romam, aut Compofellam, peregrinandi gratia, quod votum vulgò dicitur, de Gasceno de Galicia. Et ratio est: quia in Bulla illa vota exceptantur: ergo &c. Et ita notat Fernandez in exam. Theol. mor. p. 2. c. 9. sect. 2. §. 17. n. 7. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 5. n. 43. qui citat Rodriguez.

RESOL. LXXII.

An Confessarius peccet, ut si sine causa nolit virtute Cruciatæ commutare vota penitentis? Et an etiam Regulares peccent, si nolent virtute suorum privilegiorum vota penitentis commutare: Ex part. 1. tract. 11. Ref. 44. Tom. I. P.

Respondeo affirmative, cum Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 12. qui citat multos alios quibus ego addo Bartolom. à S. Faustino in thes. res. lig. lib. 4. q. 53. & Homobonum de exam. Eccl. part. 1. tract. 5. cap. 6. quæst. 40. Et ratio est: quia cum Confessarius per Bullam Cruciatam sit Index delegatus in penitentis fauorem, tenetur ius ex privilegio illo sibi concessum tribuere, sicut Episcopus dicitur infidelis in cap. quanto, 2. quæst. 5. si denegat dispensationem subdito petenti ex iusta causa.

Notandum est verò, quòd regulares non peccent, si nolent virtute suorum privilegiorum vota penitentis commutare. Et ratio est: quia non astringuntur uti suo privilegio. Ita Sanchez ubi supra, cum aliis; licet non minus probabiliter contrarium asserat Henriquez lib. 7. cap. 8. n. 2. cum aliis quos sequitur Faustus, ubi supra quæst. 54. addens, in fine quæstionis, Confessarios in utroque casu peccare ad minus venialiter.

RESOL. LXXIII.

An Confessarius possit commutare vota post Bullam susceptam emissam: Ex part. 1. tract. 11. Ref. 50.

Respondeo affirmative, quidquid dicat Sorus cum Fernandez in exam. Theol. mor. p. 1. cap. 9. sect. 2. §. 17. num. 4. & Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. 9. §. 3. n. 40. qui citat Nauarrum, Cordubam, & Azorium. Sed mecum sentit Ledesma in sum. tom. 2. tract. 11. c. 4. dub. 5. & Acosta in Bull. q. 7. Et ratio est: quia fauores sunt ampliandi: & quando Summus Pontifex in Bulla concedit privilegium commutandi vota, non illud restringit, aut limitat: ergo neque hos restringere: aut limitare debemus. Et Henriquez in sum. lib. 6. cap. 16. num. 3. in Gloss. litt. N. asserit ita etiam sensisse omnes Doctores Salmanticenses, & opinionem Soti falsam etiam ibi vocat. Vide etiam Malderum in 2. tract. 10. cap. 5. dub. 11.

RESOL. LXXIV.

An Confessarius in fine anni possit differre commutationem voti, etiamsi annus Cruciatæ transeat, si velit maturius considerare, uter voti commutationem dicendo penitenti, commuto tibi votum in id, quod ego, vel alius postea existimabit commutandum? Et in tali casu, an penitens peccet, si illud votum violaverit antequam Confessarius materiam subrogandam prescribat: Ex part. 1. tract. 11. Ref. 52.

Respondeo affirmative cum Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 11. n. 15. Sanch. in sum. tom. 4. lib. 4. c. 5. n. 31. 32. & 39. qui rationem adducit: quia iam accepit potestatem, & inchoavit causam, & ut dicam, concessit commutationem tempore habili: quod satis est, ut possit postea illud commutare.

Notandum est vero in gratiam Confessariorum, quod in tali casu, nec peccat penitens, si antequam Confessarius, vel alius vir materiam subrogandam prescribat; votum illud violaverit. Et ita docet Sanchez ubi supra, cui ego addo Lessium lib. 2. cap. 40. dub. 26. num. 109. quidquid in contrarium asserat Rodriq. in expos. nostre Bullæ §. 9. num. 1. 5. Et ratio est: quia obligatio illius voti iam est extincta, & translata in aliam materiam in genere, quam penitens acceptavit; & ideo implicite voluit id, quod Confessarius, vel alius vir prescripturus est, ac ideo ante talem prescriptionem votum non obligabit.

